



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

LXVII. Günzel und Heinrich von dem Knesebeck verkaufen dem Kloster  
Diesdorf die Schweinpfenninge auf Hodelsen, Eckhorst, Beremer und  
Wunesbuttele, am 21. März 1360.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

LXVI. Propst und Convent des Klosters Diesdorf befunden einen mit dem Kloster Dambeck vorgenommenen Gütertausch, am 14. März 1359.

Nos Johannes prepositus, Elizabeth priorissa totusque conuentus sanctimonialium in distorpe, tenore presentium recognoscimus lucidius protestantes, quod unanimi consensu et bona voluntate dimisimus et per presentes dimittimus domino henrico preposito et Margarete Abbatisse, Elizabeth priorisse et toti conuentui sanctimonialium in Dambeke, hec bona infra scripta, videlicet in villa Henninge tres choros cum dimidio filiginis, in Malstorpe in curia Hennekini Rode alterum dimidium chorum filiginis cum pheodo totius curie, in Berghe in curia Bilis I chorum filiginis et II solidos, in curia Valken I chorum filiginis et II solidos, unum quartale filiginis cum I solido de uno manso, quem nunc colit telonarius in berghe et II solidos de area Gingelmannes, in priffer in curia fabri I chorum filiginis perpetuis temporibus pacifice et quiete possidenda, quemadmodum ipsa habuimus et possedimus usque in diem hodiernum. Renunciantes omni iuri, actioni, que nobis seu nostris successoribus aut nostro monasterio in distorpe competit seu competere possit in predictis bonis in futurum. Pro quibus quidem bonis predicti prepositus, abbatissa, priorissa et totus conuentus sanctimonialium In Dambeke nobis, nostris successoribus ac nostro monasterio in distorpe totam villam Wulmersen, cum omnibus suis redditibus, prouentibus, atinentiis uniuersis, cum omni iure supremo et infimo ac aduocatia in agris cultis et incultis, pratis, paschuis, siluis, nemoribus, aquis et aquarum decursibus cum omni proprietate dimiserunt et resignarunt omnimode per presentes. Vt autem hec permutatio et bonorum predictorum transpositio in perpetuum firma permaneat et illesa, presentes literas dedimus sigillis prepositi et nostri conuentus ex certa nostra scientia sigillatas sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>. feria quinta ante dominicam qua cantatur Reminiscere.

Gercken's Dipl. I, 451—453.

LXVII. Günzel und Heinrich von dem Knesbeek verkaufen dem Kloster Diesdorf die Schweinpenninge auf Hodelsen, Eckhorst, Bercker und Wunesbuttele, am 21. März 1360.

We Gunselinus vnde Heinrick, brodere, Wasmodes sone von dem Knesbeke, bekennen vnd bethugen in desseme breue, dat we mit vulbord vser vedderen hern Günsels, Pernere to Sente Katherinen vp der nyen Stadt to Soltwedel, vnde Haners vnde syner rechten eruen hebben verkoft vnde verkopen vostein schillinghe Swinpennighe in dem dorpe to Hodelsen, vnde teyn pennighe in dem dorpe to Eckhorst in dem houe, dar Rodemann inne wonet, vnde achte schillinghe Swinpennighe in dem dorpe to Bercker, vnde teyn schillinghe Swinpennighe in dem dorpe to Wunesbuttele dem proueste, der priorinne vnde dem ganzem Conuente to Dystorpe ewelken to besitene, vnd alle jahr sunder jennigerley hinder vp to borende, vnde willen des Gudes rechte waren wesen vnde leddeghen van aller ansprake. Dat dit vast vnd stede

gheholden werde, so hebben mit os her Ghünfel vnde Hünre, brodere vorbenomet, Ludelef, Iwen vnde Pardem, vse vedderen, gheheten van dem Knefebeke, dessen brief befegelet, de ghegeuen is nā der bord Godes dretteyn hundert jar in dem festeghesten jare, in sente Benedictus daghe in der vasten.

Gerden's Cod. III, 295.

LXVIII. Der Propst, die Priorin und der Convent des Klosters Diesdorf befunden eine Stiftung von vier ihrer Mitschwestern, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Buk prepositus, Elyzabeth priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Distorpe, uniuersis Christi fidelibus recognoscimus per presentes, quod conforores nostre Walburgis, Mechtildis, Berta et Mechtildis, dicte Sotmesters, emerunt octo solidos denariorum in villa wendesehen Grauenstede pro quinque Marcis denariorum Lüneborchenſium persolutis percipiendos et exsoluendos certo tempore census, Ita tamen quod predictae quatuor persone antedictorum octo solidorum debebunt uti temporibus sue vite, et si una ex -eis obierit vel due vel tres, ultima superviuens integraliter percipiet et habebit predictos denarios velut omnes. Hys omnibus defunctis spectabunt ad officium omnium animarum, de quibus procuratrix dicti officii perpetuum cereum in festis conversionis S. Pauli, S. Blasii martyris, S. Mathie, S. Mathei, Omnium Sanctorum, atque vndecim millium virginum ardere procurabit in remedium omnium animarum illarum, quod tale testamentum posuerunt perpetuis temporibus duraturum. In huius facti euidenciam firmiorem prefens scriptum sigillis nostris dedimus communitum. Datum anno domini M°. CCC°. sexagesimo, die Johannis baptiste.

Nach Gerden's Cod. III, 296.

LXIX. Der Convent des Klosters Diesdorf befundet die von einigen Nonnen zum Kauf des Dorfes Mellin geleisteten Beiträge, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok, Elyzabet de Marnholte priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Dyltorpe publice recognoscimus per presentes, Quod dilecte nobis moniales Beke, Grethe et Kuneke, dicte de Gardeleghe, emerunt duo talenta denariorum Luneborgenſium pro viginti septem marcis denariorum, in emptionem ville Mellin conuersis et solutis, ad tempora vite sue percipienda de earum villa annis singulis in festo natiuitatis sancte Marie virginis modo tali, Quod si una vel due obierit vel obierint ex predictis Dei nutu, extunc ultima superviuens integraliter dicta duo talenta denariorum percipere debet velut omnes. Post mortem vero